

einzelne vorzettel 4. III. 1915

Bibl. theol. Vol. 35

~~J.H. 17~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-15.
SIGNAT.
CISICCCXIII.



42

45

בש הקצה

מ"י המבול

Sive

DISPUTATIO PHILOLOGICA

De

Diluvio Mosaico,

Ex

Gen. VI. cap.

Quam

IN ILLUSTRIS LEUCOREA,

PRÆSIDE

M. CHRISTOPHORO Neuchlin/
Tubingensi,

Publico examini sistit

SALOMO HENRICUS VESTRING,

Pernaviâ-Livonus.

Ad diem 15. Aug. Horis Locog, consuetis

A.O.R. MDC LXXXV.

WITTENBERGÆ,

Literis BRUNINGIANIS.



1721

DISPUTATIO THEOLOGICA

De Morsibus

in

IN THEATRO THEOLOGICO

M. CAROLI OP. P. H. O. R. O. S. E. C. U. N. D. U. M.

SALONIS M. D. C. C. X. V. I. I. I.



L. B. S.

DE diluvio dicturis, tantus Re-
rum Oceanus oblatus est, ut illum angustis, qui-
bus constringimur, chartis includere velle idem
foret, ac tentare immensum mare exiguo com-
prehendere scrobiculo. Quapropter vitio nobis non vertet
Æquus Lector, si non omnia quæ de Diluvio dici poterant
aut debebant, dicta à nobis sint, & nihil aliud expecta-
bit, quam Physicam Abysse Terra & Fenestrarum Cæli
Considerationem, & Historicam illius quæstionis: An No-
achicum Diluvium gentibus ignotum fuerit? Enodationem.
Sit igitur אֵן

SECTIO I.
HISTORICA.

Thes. I.

Diluvium, græce κατακλισμός, quod à κατακλύζω, aqua-
rum proluvio eluo, submergo, & hoc à κλύζω abluo,
eluo, proluo: Hæbraice מַבּוּל à Radice נָבַל cecidit,
sic dictum quod omnia fecerit concidere, juxta Buxtorfium in
Lex: ejusmodi inundationem terræ, quæ terra prorsus inundatur
& obtegitur, ut nihil amplius istius appareat, hîc denotat. Ejus
A 2 histo-

historiam Moses Gen. VI. exhibet. Hæc, per communem traditionem, sicut plura alia ex S. Literis, ad Gentes propagata, variis modis, ut fieri solet, corrupta est & depravata: non aliter ac flumina postlongos tractus & cursus in fine limosa redduntur, quæ limpida in fonte fuerunt. Hinc est quod plurima diluviorum adud Poetas & Historicos recensentur genera, temporis, personarum atque loci circumstantiis, distincta. Quinque celebriora recensentur apud *Xenophontem lib. de æquiv*: Primum *Ogygis præsci* temporibus accidit, alterum *Nilianum Hercules & Promethei ævo*, Tertium *sub Ogyge Attico*, quartum *Thessalicum sub Deucalione*, quintum *Pharonicum*, quo Pharos insula propius accessit

(a) l. 3. *Dionys. p. 97.* ad terram Ægypti. (a) *Nonnius* tres recenset Cataclysmos, *Ogygium*, *Deucalioneum*, & *Dardanum*. *Abidenus* præterea atque *Alexander Polyhistor* in fragmentis à *Josepho*, *Eusebio*, & *Cyrillo Alexandrino* servatis, *Assyriaci* meminere diluvii, quod Regis *As-*

(b) l. 18. *de* *Syriorum Xisuthri ævo* evenisse tradunt. *C. D. c. 8.*

II.

Distincta hæc fuisse diluvia & alia à Mosaico etiam ex Christianis plurimi sunt, qui credant. (b) *Augustinus* Noachicum (c) *in Coll. Miscr. Antiq. N. T.* diluvium gentium historiis fuisse ignotum dicit: Distingunt etiam hæc diluvia *Alphonsus Tostatus*, *Pererius*, *Torniellus*, *Salianus*, *Spondanus Genebrardus*, *Conimbricenses*, & ex nostris *B. Æ. Tit. Kættæ-Hunnius* à *Beat. Domino Stolbergio*, *Præceptore desideratissimo*. (c) citati. Nec dissentire videtur *Bochartus* (d)

(d) *P. 1. Geogr. S. l. 1. c. 1.*

III.

p. 5.

(e) *Hist. Phil. l. 2. c. 1. p. 63.* Quod autem attinet *Xenophontem de æquiv*: spurius ille est *J. Anni Viterbiensis Monachi* partus, hominis, *Georg. Hornii* iudicio (e) non indocti, cæterum ingeniosissime nequam. Is enim, (f) *Isag. Chronol. c. 8. p. 121.* *Calvisii* (f) verba sunt, dum gloriam quandam aucupari conatur, cum *Patrum nostrorum memoria novum quendam Metasthenem*, *Berds-*

sum,

sum, Menathonem, Philonem &c. quos Commentariis auctos in publicum emisit, & premisis horum autorum titulis toti fere mundo imposuit. Hinc Isaacus Casaubonus: Annium nugatorem & mendacem, atque suppositios illos libros, spurcissimas Annianarum Fabularum lacunas & fœdissima mendacia vocare non veretur. Si laminas illas ex Hebræa & Chaldæa lingua, si ingenium stylumque illorum autorum in scriptis istis latitantem, quis objiciat: Stamus G. Hornii (h) decreto: Annium aliquid antiquarum chartarum adulterasse, atque quod Casp. Barthii (i) iudicium est, interpolatos universos illos autores, ruptos, fractos, minimeque bonâ fide ad Gall. aut intelligentia translatos esse. Impostorem tamen Annium fuisse, & vanissimo gloriæ studio actum, vel solum commentum docet, quo Viterbiensibus istud oppidum bis mille annis ante Romam conditam ab Iside & Osiride extructum fuisse, persuadere voluit, (i)

(i) vid. Anton. August. Ant. Rom. Dial. II.

IV.

Nec Poetis & scriptoribus ethnicis, qui ceu distincta hæc referunt diluvia, major haberi fides potest. Cum enim de primorum temporum historia nihil certi ipsis constaret, per traditionem tamen quædam ad ipsos propagata essent, suis illa fabulis corruperunt, & ad suam quique gentem transtulerunt. Vana scilicet & gloriosa Græcorum natio summam sibi antiquitatem semper arrogavit, ideo non solum omnis Philosophiæ, politæque Literaturæ, sed etiam humani generis autores græci esse voluerunt. Hinc cum aliquid quasi per nebulam de Noachico illo Diluvio inaudivissent, ad se rapuerunt, quod aliorum fuit, & quod de Noacho S. tradidit Pagina, ad illos, quos suæ gentis credebant autores, mendaci ambitione trahebant, eosque ex universali illa clade solos mansisse superstites narrarunt. Idem observamus apud alias gentes, inde enim Assyrii sui Regis Xisuthri ævo accidisse memorant, quod revera cum Noacho contigit. Præterea licet præfracte negare nolimus, particulares quosdam

A 3

inter-



(k) *Præf.*
Delph. Phæ-
niz.

interdum accidisse Cataclysmos, fatis tamen notum est illos, aliosque eorum exemplum sequutos, ea quæ magnis terrarum spatiis pluribus etiam seculis distincta fuere, ita confundere, ut quis jura solent. | Egregiè hanc in rem *Edm. Dikinson* (k) *Græci profecto levis, inconstans, mendax, superstitiosa gens semper habitæ, qui πατεροδιδασκόντων Veritatem novis subinde figmentis ita immutârunt, & penè obliterârunt, ut (quod illis in opprobrium vertit Saiticus ille Sacerdos) μάθημα χεῖνῳ πολλὸν ἔδεν, nullam disciplinam vetustate canam habere videantur. Si enim larvas, quas veritati, (ne αἰωήτοις innotesceret) invidia præterdit detrahamus: & quas error accumulavit fabulas amoliamur, græcis utique non defuisse δεχάϊαν αἰοήν, παιδαγωγὸν δόξαν doctrinamque ab antiquissimis Veritatis & sapientiæ promissis conditis acceptam pro comperto erit: adeo ut sani videri græci possent nisi delirassent. Infinita hujus non tantum vanitatis, in deducendis v. c. Chaldæorum ex Græcia Etymologiis, sed etiam corruptionis atque confusionis exempla ap. *Vossium de Idol. Bochartum, Hornium, Dikinson* (1) aliosque videri possunt.*

(1) *ll. cc.*

V.

Tentabimus ergo & hîc illas vel invidiæ vel erroris larvas detrahere, fatis, ut speramus, apparebit: vel ficta omnia esse & resectis fabulis nihil reliquum manere; vel Noachus ejusque diluvium, aliis nominibus fabulisque ante involuta, in prima sua & antiquissima simplicitate ob oculos sistentur. Easdem enim reperiemus apud scriptores profanos circumstantias, cum illis, quæ Mosis sunt proditæ. Sub variis etiam nominibus, *Cæli se: Solis, Saturni, Jani, Xisuthri, Promethei, Ogygi, Deucalionis, Bacchi, Noam* gentibus fuisse celebratum laudati modo Viri satis demonstrârunt. Quid igitur obstat quo minus cum *Davide Chytræo, Salmasio, Vossio, Grotio &c. Ogygium, Deucalioneum & Xisuthri diluvium* unum duntaxat esse dicamus, atque idem cum universali illo, quod *Noachi temporibus* accidit.

VI.

VI.

Primùm de *Ogygie Diluvio* nobis erit dicendum. *Xenophon* ait. distingvit Diluvium sub *Ogyge* *prisco* ab eo quod sub *Ogyge* *Ar-*
tico contigit, *diluvium* tamen istud, atque *Ogygem* *priscum* ita
 describit, ut non alius sub isto nomine nisi *Noachus* cum suo di-
 luvio lateat. Cum scil. de Diluviis loquitur, *Plures*, inquit, in-
 undationes fuerunt. *Prima* *Novimestris* inundatio terrarum sub
prisco *Ogyge*. Terrarum inundationem vocat, quia omnes simul
 terras obruit, reliquis vero diluviis, quæ particularia facit, à locis,
 quæ subruerunt, denominationem tribuit. Universalis vero sive
Terrarum innudatio *Noachica* fuit. Epitaphium autem *Nini*, quod
 apud ipsum est, ita habet: *Mibi Pater Jupiter Belus; Avus Satur-*
nus *Babylonicus*. *Proavus* *Chæus* *Saturnus* *Æthiops*: *Abavus* *Satur-*
nus *Ægyptius*. *Atavus* *Cælius* *Phœnix* *Ogyges*. Quis autem *Sa-*
turni *Ægyptiæ*, sive *Chami*, *Pater* ille, *Cælius* *Phœnix* *Ogyges* nisi (m) *Diatr.*
Noachus, *Cælius* atque *Cælum* dictus, idque, ut *Dikinson* ex *Be-*
de *Noæ*
 roso refert, quia *Astronomiam* docuit.

Nom. Ethn.
p. 21.

VII.

Ogygium alterum ex *Noachi* historia interpolatum esse cla-
 rissimum est. *Ogyges* hic *Bœotix* *Rex* dicitur, *Diluvium* sub isto
 532. annis post *Noemicum* ex *Acusilai* calculo, & 248. ante *Deu-*
calioneum evenit. (m) Sed circumstantiæ ostendunt satis græ- (m) *Conf.*
 corum hoc esse commentum, quæ quod quasi de manu in manum *Petavius*
 acceperant de universali diluvio, illud accdisse finxerunt sub *O-*
Rat. *Temp.*
gyge suo. Licet enim minus de illo græcis constiterit, utpote *P. 2. l. 2. c. 5*
Deucalioneo antiquiore, tamen ut universale describunt. *Suffi-*
ciat hic nobis *Nonni* (n) testimonium. *Suffi-*
ciat hic nobis *Nonni* (n) testimonium.

(n) l. 6.

Πρώτῃ γὰρ ἰηκὼν, κατέκλυσε τὸν κόσμον
 ὕδατι· ἡλιθάπισο δὲ ὕδατι· αἰθερὸς πέμπων
 κερῶν ὅπερ κέρθητο πᾶσι. Κατάρρυτ' ἀκραδι πέτρης
 θροναλίδ' ἀκαίλυπτο, καὶ ὑψόσσι πυθιάς ἀκρη.

VIII.

VIII.

Plura Græci tradunt de *Deucalioneo* Diluvio, si tamen omnia conferamus cum istis, quæ de *Noemico* Moses docet, vix ovum ovo similis apparebit. Causa immisæ diluvii juxta *Mosen* hominum fuit impietas. Ita etiam *Lucianus de Dea Syria*:
 Εκείνων ἢ πρὸ ἀνθρώπων τὰδε μύθονται· ἰβρῆσαι καρτὰ ἰόντες, ἀ-
 θέρμια ἔργα ἐπεποιήσαν, ἔπειθ' ὄρηθ' ἐφύλασσον ἕτεροι ξείνας ἐδέκοντο. ἔπει-
 θε δὲ ἰκετέων ἠνείχοντο, ἀντὶ τῶν σφίσι ἡμετέραν συμφορὴν ἀπίκετο. *Multus*
 etiam est *Ovidius* in describenda hominum illius ætatis malitia, &
 tandem (o) *Jovem* sic loquentem introducit.

(o) *Meta-*
morph. l. 1.
fab. 7.

Occidit una domus: sed non domus una perire
Digna fuit: quæ terra patet fera regnat Erinny,
Infacinus jurasse putes: dent ocyus omnes
Quas meruere pati, (sic stat sententia) pœnas.

Deucalion qui diluvio superstes mansit, iisdem apud græcos & lati-
 nos elogiis ornatur, quæ *Noacho* Moses tribuit, ut huic *Deucalio-*
 nis nomen accommodatum esse nemo non videat. Juxta illud
Philonis, ab *Edm. Dickinson* (p) citati, τῦτον ἔλληνες μὲν δὲ δὲκαλίωνα, χαλ-
 δαῖοι δὲ Νώε ἐπωνομάζουσιν; ἐφ' ᾧ τὸν μέγαν καθ' ἀκλυσμὸν συνήβη γένε-
 θαι. *Lucianus* etiam de suo *Deucalione* l. c. dicit: Δὲκαλίων ἢ
 μᾶνος Ἀνθρώπων ἐλίπετο ἐς γένεθ' ἰσχυρότερην εὐβελίης τὴν καὶ τῆς εὐσεβείας
 ἕνεκα. *Ovidius* etiam (q)

(p) l. c. p. 19.

(q) l. c. vers.
 325.

Non illo melior quisquam aut amantior æqui
Vir fuit, aut illâ reverentior ulla Dearum.

vers. 326. *Innocuos* ambos, cultores *Numinis* ambos, vocat. *Diluvium*
Mosis universale est. Et clarissimis verbis *Deucalionei* universa-
 litatem describit *Nonnus* dicens:

Δεύτερον δὲ βροτῶν ἔην ὅτε κύκλαδ' ἀντιζα γαίης
 χεῦματι λυσιέντι κατέκρυφε δισυφον ὕδαρ
 Δὲκαλίων ἔπειθ' ὁμόσταν ἤλικι πύρρη
 Ὀλυμπίων μερόπων ὄνι λάργακι κυλάδι τέμνον
 χεῦμα πελινδίνητον &c.

Deuca-

Deucalionem solum hominum relictum fuisse Luciani modo verba erant. Ovidius similiter (r)

(r) ll. c. 92.
291. 92.

*Famque mare & tellus nullum discrimen habebant:
Omnia pontus erat, decerant quoque littora ponto.*

Et (s)

(s) vers. 218

*Hic ubi Deucalion, nam cetera texerat aequor,
Cum consorte Tori parva ratevectus adhesit.*

Et necessaria generis humani, lapidum jactu facta, reparatio, quid nisi universalitatem hujus diluvii indicat. Modus denique servationis utrinque idem describitur. In arca servatum Noam fuisse cum uxore & liberis Moses recenset. Lucianus cit. l. vocat *μεγάλην λάρνακα*. *Λάρναξ* autem & *κυβότης* (quâ voce reddiderunt LXX. Hebraic. *תבה*, quâque in hoc argumento utitur Lucianus in *Timone*) Hesycho idem significant. Arca in montibus Armeniae dictis *Ararat* seu *Gordiais* substitit. Parva illa, ut Ovidius vocat, Deucalionis ratis in altissimum Thessaliae montem *Parnassum* delata dicitur. Conveniunt igitur servationis locus generalis, specialis mutandus erat, quia graeci gloriam aliis debitam sibi tribuebant. Omnem autem, si quis adhuc supersit, scrupulum tollere possumus per sequentia *Luciani & Plutarchi* loca. Hic quid l. c. ita: *ἦδε σωτηρίῃ, ἦδε ἐγενετο. λάρνακα μεγάλην, τὴν αὐτῷ ἔχε ἐς ταύτην ἐσβιβάσας παῖδας τε καὶ γυναῖκας ἑαυτῶ ἐσέβη. Ἐσβαίνοντι δὲ οἱ ἀπίκοντο σῦες, καὶ ἵπποι, καὶ λεόντων γῆρας, καὶ ὄφεις καὶ ἄλλα, ὅσοα ἐν γῆ νέμονται πάντα ἐς ζῴγια. ὁδὲ πάντα ἐδέκετο. καὶ μὴν ἐκ εἰσίνοντο, αἰτὰ σφίσι μεγάλη δίοθεν φιλίη ἐγένετο. καὶ ἐν μίῃ λάρνακι πάντες ἐπλάσαν ἐσε τὸ ὕδωρ ἐπεκράτησε.* Hic vero (t) *Οἱ μυθολόγοι τῷ Δεκκαλίῳ φασὶ πεισερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην δήλωμα γῆρας, χειμῶν ἄμω ἔσω πάλιν ἐνδυομένην εὐδίας δ' ἐποπλάσαν.*

(t) lib. de solert. animalium.

IX.

Sed ad illas, quæ restant, inundationes pergendum nobis est. Niliana Promethei ævo facta, vel nudum est figmentum, vel hic

B

appa-

apparent reliquiae quaedam Veteris traditionis de diluvio sub No-
 acho. Illud quidem asserendum videtur, si fidem merentur, quae
 Aegyptii Sacerdotes apud Platonem in *Timæo* jactitant. Diluvia
 scil. nunquam Aegyptum attigisse, impossibile esse terram Aegypti
 aquis submergi, & ideo ipsos solos servare antiqua monumenta.
 Hoc vero si Noam sub Prometheo nobis adumbrari consideremus.
 Si enim Prometheus est, qui ante malum sapit, si condidit genus
 humanum, ejusque uxor est Asia: Quis erit Prometheus nisi No-
 achus? qui divinitus edoctus se suosque in arca servavit, alter hu-
 mani generis parens, quod omne ex Asia suam trahit originem.
 Quod vero Japeti filius dicatur confusio est in hujusmodi rebus
 non infrequens. (u) De *Pharo* autem *Insula* quae traduntur fa-
 bulosa sunt. *Homeri* commentum est illam noctis & diei cursu
 ab Aegypto distasse. Aegyptum enim in eodem semper fuisse situ
 vel ex *Psal. XXXVIII. 12.* clarum est, ubi Moſen in campo *Taneos*
 (quae Aegypti olim regia fuit, non procul à *Tanitico Nili Ostio*)
 fecisse mirabilia dicitur: Et *Pharum* insulam mille passibus ab
 Aegypto disparatam semper fuisse, constans est antiquorum pariter
 & recentiorum Geographorum traditio, quos videre est apud *Bo-*
 (x) *l. c. P. 1. chartum* (x) Diluvium denique *Dardani*, quod antiquissimi Phry-
c. 24. p. 296. gia Regis ævo contigisse narrat *Nonnus*, cum ab ipso ut univer-
 sale describatur, (ita enim de eo:

Καὶ Τελευταῖον Διὸς ὄμβρος, ὅτε χθονὸς ἐκλήσεν ἔδρην
 Καὶ σκοπέλας ἐκρυψεν. Ἀθωνιάδῃ δὲ καὶ αὐτῆς
 Ἄβρυχα σιδωνίης ἐκαλύπτεισιν ἄνωτα κολώνης,
 Ὑψιπέρες τότε χάμα Διγαχόζων νιφελοῖο
 Δάρθραν δὲ χαίης ἐπεβήσατο γείτοισι Ἰδης.

vel ex Noachico interpolatum, vel omnino falsum esse nemo non
 videt.

X.

Restat adhuc *Xisuthri diluvium*, de quo asserti nostri supra pro-
 positi veritas nunc demonstranda venit. Deum Noacho diluvium
 prædi-

prædixisse illumque in arca se suosque & singulas animalium species conservasse Scriptura S. nos docet. Ita *Alexander Polyhistor* (y) apud *Cyrium* σωθήναι τὸν Ἰσραὴλ ἐν πλοῦσι λαλοῦντα αὐτῶν ἔκει- (y) contra
 να τὸ ἐσωθῆναι, καὶ ὅτε προσήλθον ναυπηγήσασθαι λάρνακα, ἢ ὀμβρηνοῖς, Jul. l. 1.
 ἐρπετοῖς τε ἢ κτῆνεσι πλεῖν ἐν αὐτῆς. Et *Abydenus* apud *Eusebium de*
Præpar. Evang. Κερόντι προσμαίνει μὴ ἔσεσθαι πλῆθος ὀμβρων. Sub
 Saturni nomine gentiles & Noachum & Adamum, fortassis etiam
 Abrahamum coluisse non ignoramus, aliquando tamen per Κερόνον
 Græcos intellexisse verum DEum (quia Il & El Dei apud Syros et
 Ebraeos nomina Saturno tribuunt juxta illud *Philonis*, Ἴλον τὸν καὶ
 Κερόνον. Et *Damasc.* apud *Phot.* Φόνικες ἢ Σήγοι τὸν Κερόνον ἢ ἐπι-
 νομάζουσιν) extra controversiam est. Noachus emisit ex arca co-
 lumbam ad explorandum an aquæ diluvii recesserint, & tandem in
 montibus Armeniæ cum arca subsistit. Similia tradit *Abydenus*.
Sed Xisuthrus Rex ἐπὶ Ἀρμενίης ἀνέπλωσε ἢ παρ' αὐτῆ ἰὼν καταλάμ-
 βανε τὰ ἐκ Θεῶν: τρίτη δὲ ἡμέρα ἐπέτι ὕων ἐκόπασε μετὰ τῶν ὀρνίθων
 πείρηποιέμενοι· εἶπε γὰρ ἰδοὶ ἔξ ὕδατος ἐκδυσαν αἱ δε ἐκδεχομένε
 σφέας πελάγεσσι ἀχαιέσσι ἀπορεῖσαι ὅκη καθορμούσιν, ὡς γὰρ τὸν Σί-
 εαθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ὅτι αὐτῆσιν ἔπει. Ut adeo vero si-
 mile sit Xisuthrum ab Ebraeo נח derivatum esse, quod Noachus
 primi & posterioris mundi fuerit veluti *postis & janua* (z)

(z) Conf.
 Bochartus
 l.c.c.1. p. 5.
 & Dikin-
 son Diatr.
 cit. p. 14.

SECTIO II. PHYSICA.

I.

SEd de hâc quæstione hæc sufficiant. Videbimus porro, quan-
 tum per paginarum angustiam licet, Diluvii Materiam, quæ cap
 VII. v. ii. proponitur. *Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ & Ca-
 taractæ Cæli apertæ sunt.* Ad quæ Verba SUMME REVEREN-
 DUS DN. D. JOH. ADAM. OSIANDER PATRONUS, PRÆ-
 CEPTOR ET PROMOTOR ÆTERNUM DEVENERAN-

B 2

DUS



(a) *Comm.* DUS ita (a) RUPTI SUNT, diffiderunt, vel aperuerunt se, à Deo
adh. l.p. 139. diffisi sunt, FONTES fontium repagula & minuta foramina
 ABYSSI MAGNÆ, aquarum in cavitate terræ & intra illius visce-
 ra, ET CATARACTÆ, fenestræ cœli, nubes densæ in cœlo & co-
 piose divina vi collectæ, APERTÆ SUNT, solutæ sunt, ut non plu-
 re sed instar Nili torrentes è cœlo præcipites immansi fragore ruere vi-
 deantur. Natura igitur obsequiosa usus est Deus, & per naturalem
 materiam edidit super naturales actiones. Ex natura igitur FON-
 TES ILLI ABYSSI MAGNÆ ET CATARACTÆ COELI
 explicanda veniunt.

II.

(b) *lib. 3* Abyssii sunt maxima aquarum promptuaria intra terram
Mundi sub- contenta, quæ KIRCHERUS (b) vocat HYDROPHYLA-
terr. & I- CIA. Cellaria sunt ingentis capacitatis, lacusque subterranei,
tin terrestri fontium fluviorumq; aquam subministrant, quam continuata sem-
passim. per circulatione ex Oceano repetunt. De horum hydrophyla-
 ciorum existentia dubitare neminem permittunt continuus flumi-
 num in mare, sine ejus exundatione, exoneratio; Voragine, Vor-
 ticesque imperscrutabiles maria absorbentes; Continuò ex terra
 effluentes aquæ, & in metalli fodinis scaturientes rivuli & fontes;
 Lacus qui emittunt fluvios neque illos recipiunt. Non tantum
 minores ut *Odojum, Adac, Osera*, sed etiam majores, ut *Chiamy,*
Cincuyhay, Titicaca, Nicaragua, Iroquois & Annibi. Lacus denique,
 subrutis terræ motibus urbibus, emergentes. Quomodo vero com-
 municent cum maribus, non ita facile cuivis apparet, igitur, quæ
 prolixè hîc differunt Physici, in compendio exhibebimus.

III.

(c) *vid. Va-* Geocosmos, non sicut terreus atque ex luto à figulo formatus
renius Geo- globus prorsus solidus est, sed innumerabilibus canalium ducti-
gr. Univ. l. 1. bus interstinctus, innumeris ingentium aquarum receptaculis divi-
c. 15. prop. 4. sus, immensis cryptis instructus, quæ totius naturæ sunt seminaria.
p. 210, (d) *Kirche-* Aqua vero omnium miscibilium præcipuum est, omnium mixto-
nu M.S. l.c. rum corporum constitutionem ingrediens, omnium elementorum
& Itin. commune vehiculum, cunctorum vegetabilium, animalium, mi-
Terr. Itin. nera.
2. Dial. 2. c.
2. p. 557. &
alibi passim,

neralium nutrimentis, naturæ quoddam veluti gluten & vinculum
indissolubile. (e) Unde unum cum Terra Globum constituit, non
faltem externam illius peripheriam ambiendo, sed interiores pe- (e) *Ibid. Ibid.*
netralium recessus admirando quodam motus processu permean- *Itin. 2. Di-*
do: quo eò facilior & intimior in quibuscunqve generationibus *al. 1. c. 1. p.*
fieri possit permixtio. *542. David.*
Bekius Ex-

IV.

An autem Oceanus perenni circulatione sub axe boreo in- *Princ. C.N.*
genti voragine absorbeatur, per quam, tanquam ingens orificium *l. 2. p. 333.*
quoddam aquæ-ductus subterranei principalissimum, sive canalis *seqq.*
subterranei abyssi magnæ, aqua, in occultas terræ cavernas, ac cœ-
cas latebras & naturæ subterraneæ conclavia derivata, tandem sub
opposito australi axe exitum suum inveniat? non disputabimus.
(f) Licet illam præter Micro-cum-Macrocosmo analogiam, incita- (f) *Kirche-*
tissimus ille & vehementissimus aquarum versus polum arcticum *19 I.T. Itin-*
tanquam in centrum nitentium, nullo etiam flante vento observa- *2. Dial. 1.*
tus, cursus: nec non vehementissimus pariter & impetuosissimus *cap. 1. p. 543.*
circa polum antarcticum versus boream æstus, quem nec validissi- *& Dial. 2.*
mus ventus superare, nec fortissima navis sustinere potest proba- *c. 2. p. 566.*
biliter satis declarant. Certum tamen est, fundum maris innu-
meris hiatibus, vorticibus & voraginibus veluti cribrum pertusum
esse, quibus, tanquam venarum in Microcosmo ductibus, aqua per
universum telluris corpus distribuitur, & in hydrophylacia depor-
tatur. (g) Cum scilicet æstu sive fluxu & refluxu concitatus Oceanus, (g) *Ibid. Di-*
aquarum instar montium excrecentium mole aggravatur, tum *al. 3. c. 2. p.*
pondere suo humorem in subjectis sibi canalibus per aperta fundi *632. seqq.*
orificia premit, & aqua inter canales subterraneos coarctata, & su-
perveniente novo semper & novo aquarum affluxu pressa, tandem
intra hydrophylacia à natura constituta exoneratur (h) (h) *Ibid. Di-*

V.

Nec est, quod quis timeat, terram tot meatibus perfossam *544.*
subsistere non posse. Quo modo enim illud rueret, quod potens Dei
excelsi dextera in ineffabili opificio, inviolabili soliditate firmavit. (i) Et (i) *Ibid. Di-*
si communicant per subterraneos canales maria; si fluvii quidam *al. 3. c. 3. p.*



in medio itinere sub terram se conduunt, & per longos subterraneos ductus delati alio rursus loco tanquam novi fluvii, ut *Niger Africa*, *Tigris Mesopotamiae*, *Alpheus Achaiae*, *Quadiana inter Lusitaniam & Varen.* (l) (k) egrediuntur, ita ut nihil eorum quae timeri & 2. C. II. c. 16. objici circa ejusmodi canales solent, terrarum v. c. exolutio & lapsus, prop. 6. p. 236 contingat: Cur propterea meatus maris subterraneos rejicerem.

VI.

Quod vero aqua illa in hydrophylaciis contenta reseratis claustris terram obruerit, divina vi factum esse, nemo non videt. Licet forte subterranei ignis aestus insoliti, quibus mota haec Geocosmi hydrophilacia intume fiunt, ebulliunt & exundant, ceu ministras causas à Deo adhibitos fuisse, dicere possim. Videmus enim ex hydrophylaciis calore subterraneo in vapores elevatas aquas & fri-

(l) Hamel. gore circa terrae exteriora densatas fontes, si non omnes plurimos Op. Phil. T. 1. tamen, efficere; (1) Videmus concussis per subterranei ignis (m) Tr. de Met. flatus terrae motu Regionibus, fluctus maris ab imo intumescere in l. 1. c. 2. p. 281. summa malacia & silentibus ventis. Quod anno circiter 1523. in G. 33. Re- mari cambajensi experti sunt Lusitani. (n)

obersus Physf. Subt. l. 1. f.

VII.

Sic concitabat Deus aquas subterraneas ad omnis carnis corruptionem, effudit praeterea desuper in capita ipsorum ingentes aquarum copias, CATARACTAS, sive FENESTRAS COELI, aut obices aquis positos aperiendo. Ut colligerent homines inferius pugnari & superius omnia conspirare in excidium. Non placet autem sententia illorum, quibus cataractae coeli sunt aquae supra caelestes, effusae scilicet in diluvio super mortales. Non quidem illarum aquarum existentiam hinc in dubium vocabimus, licet nec finis nec usus illarum ostendi possit, nec composita lis sit Philolog. an illud Exerc. 13. מַלְאכָה necessario supra significet. Hinc tamen loci, sive dentur, sive De Op. Creat. p. 71. cum parallelum Malach. III. 10. conferamus. Ubi אֲרָבוֹת הַשָּׁמַיִם

(n) Varen. l. 6. 14. prop. 32. p. 205. tem sententia illorum, quibus cataractae coeli sunt aquae supra caelestes, effusae scilicet in diluvio super mortales. Non quidem illarum aquarum existentiam hinc in dubium vocabimus, licet nec finis nec

(o) Kipping. Exerc. 13. מַלְאכָה necessario supra significet. Hinc tamen loci, sive dentur, sive De Op. Creat. p. 71. cum parallelum Malach. III. 10. conferamus. Ubi אֲרָבוֹת הַשָּׁמַיִם

(p) cit. ap. de imbribus dicuntur, quos in agros mittit Deus, ut hominum bonorum labores ad optatam messem perducantur. (o)

drum l. c. quest. 2. p. 191.

VIII.

Rejicimus etiam P. Alliaci, Gvil, Parisiens. & P. Mechlini (r) opinio-

opinionem, quæ per *Cataractas* intelligunt constellationes inundationum productrices, quæ tanquam DEI ministræ ad ejus mandatum vim inundandi exeruerunt. Ut ita illarum referatio sit tempus istud, quo Deus omnes inundatrices vires atq; influentias illis constellationibus inclusas veluti referatis claustris ad totius naturæ colluvionem emisit. Obstat enim usus Scripturæ S. modo indigitatus; obstat textus circumstantiæ, quæ nullius cœlestis influxus meminerunt; obstat etiam communis omnium ferè reliquorum interpretatio, quibus cœlum phrasi Scripturæ pars est aeris superior, & cataractæ nubes densæ & copiosæ à Deo collectæ, quibus dirruptis copiosissime horrifico sonitu & fragore cataractarum instar (sunt enim loca prærupta & præcipitia in fluviis) immensa aquarum vis super terram effusa fuit. Quæ effusiones nobis lingua vernacula *Wolkenbruch* vocantur.

IX. Ut clariora hæc evadant res ab ovo, ut ajunt, repetenda est, & Nubium, Pluviarumq; generatio ob oculos ponenda venit. Cum scilicet aqua vel calore subterraneo vel à sole incalescit partes ejusd. calore variè agitantur ac commoventur. Hæc quia læves sunt, oblongæ ac lubricæ, licet inter se adhæreant & implicentur, nunquam tamen ita copulantur, quin facili operâ à se mutuo divelli queant. (q) *Eximia hæc partium agitatio, ob quam à se invicem segregantur solam constituit immutationem, quæ in illa accidit, cum in vapores converti dicitur.* (r) Illæ jam aquæ partes, quæ in vapores abeunt, multi fariam se concutiunt, & undiq; se invicem propellunt, ut moveri non possint, nisi in altum ferantur, ubi minor quam à lateribus aut inferiori parte fit resistantia. (s) Unde quæ ex subterraneis specubus à calore subterraneo elevatur aqua, si non condensetur in terra, ut fontes constituat, ulterius ascendit in aerem, & sicut aqua à Sole elevata in vapores degenerat.

X. Sublati hoc modo vapores totum aera exagitant, ventosq; faciunt, sicut in æolipiliis aquei vapores subjecto igni irritati sui gyris majorem quærunt locum, atq; in patentem aera magno impetu per angustissimum foramen prorumpunt. (t) Cum vero propria agitatione paulatim destituuntur, magnog; numero in loco quodam subsistunt, eorumq; particule simul connectuntur, tum necesse est eas impedire ne actio radiorum lucis ultra deferatur. (u) Singula enim corpuscula non nihil luminis reflectunt, unde simul congesta totam regerunt lucem, vix quicquam transmittunt, incipitq; apparere nebula aut nubes, eo in loco ubi congeries illa con-

(q) Anton.
Grand.
Hist. Nat.
P. 6. Art. 1.
p. 258. n. 5.
(r) I. Rohault.
Inst. Phys. P. 3. c. 3. §. 7. p. 518.
(s) Rohault.
l. c. §. 9. p. 519.
(t) I. B. du Hamel Op. Philos. P. 1. Tract. de Meteor. l. 1. c. 3. p. 315.

tin-



Saint. Rom. tingit, pro spatii quod occupat latitudine. (x) Constituunt autem illæ
Scient. Nat. aquæ particulæ vel in sensibilibus guttarum magnum uumerum, si suf-
c. 13. p. 191. ficientem adhuc motum seruent, quo juxta se ferantur; vel compositum
(u) *Robault.* tum aliquod ad modum rarum & leve, quod nomen glaciei aut subti-
l. c. c. 12. §. p. lissimæ nivis potius meretur, quam aquæ, si omnino moveri desierint.
634. (y) Cumq; illæ aquæ guttulæ aut glaciei particulæ exiguæ admodum
(x) *Hamel* sint, & promole sua multum habeant superficiei, non satis habent vi-
l. c. p. 305. rium ut ipsam aeris gravitatem superare eumq; diducere possint, sed
(y) *Robault* in eo manent pensiles. (z)

l. c. §. 2. XI. Disgregat nubes aliquando ventus rapidus, illas affricans, ea-
(z) *Hamel* rumq; partes successivè abripiens, ut formam vaporum rursus indu-
l. c. p. 304. ant. Freqventius tamen liqvescunt & in imbrem solvuntur. Solvun-
Grand. l. c. tur autem quando condensantur, ut fat nanciscantur virium ad supe-
art. 3. n. 1. randam aeris resistantiam. Frigus hîc quodammodo concurrere non
p. 266. diffitemur, si modo nobis non negetur, alias præterea esse, imò fre-
quentiores istius condensationis causas. Si ventus adversus nubem
flans in sensibiles aquæ guttas conjungit; Sic vapores novi ad nubem
delati, cumq; ejus partibus conjuncti, graviore illas reddunt. Fre-
quentissime omnium calor, qui aliquandiu terram verberavit, & ali-
quo vento superveniente procul à nobis ablegatus fuit, subtilissimam nivem,
è quâ nubes constat, ad liquefactionem disponit & ad concretionem in pluri-
mos flocculos, qui aeris resistantiâ superare possunt. Qui, si aeri frigidiori
occurrant, ad nos perveniunt eo in statu, si vero calidiorem aera per-
transeunt omnino colliquescent in imbriû guttas facessunt, nunc ma-
jores nunc minores, pro diverso aeris in calefacti ad nubem appullu. (aa)

(aa) *Vid.*
Auth. cit.

XII. Si igitur expansæ nubes coagulantur Pluviam, si vehemen-
ter & copiosè coagulantur Cataractam dant. Propter hanc Cata-
ctarum effusionem Zonam torridam magis quam propter æstus iram
in habitabilem esse, referunt. Hanc copiosam pluviarum effusionem
circa Nili fontes prope Lunæ montes, quæ hyberno illic tempore quo-
tidie duabus horis ante & post meridiem tanquam torrentes deorsum
ruunt, inundationum Nili causam esse, Varenius non improbabili-
(bb) *Vare-* ter censet, licet sint hodie qui ex nitro, quo fluvius ille scatet, ejus
niv. Geogr. incrementum cum Dn. de la Chambre derivare malint. (bb) Sed unde
Univ. l. i. c. ingens illa vaporum nubiumq; vis? Supernaturaliter Deum auxisse nu-
86. prop. 20. bes existimamus, cum & alia hujusmodi, v. g. copiosa in locis, ubi nubes
p. 256. imbresq; sunt rariores, pluviarum effusio, accesserint, Tantum.

F I N I S.



Aug VI 15

ULB Halle 3
003 865 746




Sb.

Retro
VD 17 1







42 45

בש הקנה

מִי הַמַּבּוּל

Sive

DISPUTATIO PHILOLOGICA

De

Diluvio Mosaico,

Ex

Gen. VI. cap.

Quam

IN ILLUSTRIS LEUCOREA,

PRAESIDE

M. CHRISTOPHORO Neuchlin/
Tubingensi,

Publico examini sistit

SALOMO HENRICUS VESTRING,

Pernaviâ - Livonus.

Ad diem 15. Aug. Horis Locog, consuetis

A. O. R. MDC LXXXV.

WITTENBERGÆ,
Literis BRUNINGIANIS.

